per tempus fuerunt & sunt a memoria hominum citra & ultra initi: an-
nihilantur singuleque ecclesie turbatione & confusione patiunt.

¶ Octavo: vastarunt hoc anno per eorum stipendarios ciues
& soldados: predia & possessiones quasi totius cleri: incen- 8,
ditis: rapinis & spoliationibus. colonos cleri capiendo. oneri-
bus importabilibus grauando: & bona clericorum etiam hic in
ciuitate: clero aspiciente inter se diuidendo. ¶ Nono grauauerunt
quasi totum clerum: locando (tanquam superiores cleri & proprie teme- 9,
ritatis audacia) armigeros nedum in domibus clericorum: sed etiam
in eorum emunitatibus & locis capitularibus: stabula equorum
in illis sternendo: & vilissimas personas in illis disponendo: laico-
rum presertim maioribus domibus minime occupatis: hoc etiam
libertatem ecclesiasticam violando. ¶ Decimo: aliqui ciues cesu- 10,
ris iuste innotati: temere intrant ecclesias: & per singulas horas
canonicas inibi consistunt: & iussi ac humiliter rogati: exire re-
cusant, sed proprie temeritatis audacia: diuinum officium perturbant
& impediunt. Nec tales per ciuitatem puniunt: & licet excōica-
tione papali sint innotati: a consulatu tamen non repelluntur.
¶ Undecimo: diffidatis cleri & notariis cleri raptoribus: in-
cendiariis: & ecclesiarum effractoribus & sacrilegis. dant saluum 11,
conductum: habitandi: standi & permanendi in ciuitate: etiam ad
longum tempus. Et stante huiusmodi saluo conductu: non permittunt illos
via iuris citari: arrestari: vel ad iudicium trahi per huiusmodi criminibus
ecclesiasticis: etiam coram iudicibus laicis: ecclesiasticis seu con-
seruatoribus. ¶ Duodecimo: ratione noui telonis iam (ut dicitur)
per regem francie impositi: exigerunt & exigunt a clero theo- 12,
lonium: & nolentibus dare: bona impediunt & detinent: nec abdu-
cere permittunt. ¶ Ultimo: non est omnittendum: quod ante festum
Martini nulli laicorum ciuium licitum fuit vendere nouum vinum
ducillando: sed solus clerus uina sibi crescentia vendebat: iam 13,
ciues: etiam ante dictum festum sancti Martini: indifferenter uina
vendunt: in maximum cleri detrimentum & iacturam. ¶ Preter
ista: sunt multa alia grauamina: que per presentem non occurrunt:

B

que pmissa videntur pauca respectu minarum: oblocutionum:
& diffamationum: quas indies laici clero inferunt: adeo quod in
iudeum & clericum modica in hac ciuitate videtur deum: quo ad
reuerentiam & honorem. Et licet viri honesti pmissa non comit
tant: publici tamen perpetratores impuniti in suis delictis confouentur:
& sic premissa tacite fieri patiuntur & dissimulantur.

¶ Oliuerius.

Videntur tibi ista illicita: etiam si vera essent: exceptis oblocutionibus:
quas ciuitas totaliter extirpare & prohibere non potest.
Nostri doctores consulti affirmant talia & similia fieri posse
de iure.

¶ Hugo.

Quare Oliueri: qui tibi ad aurem talia insurrat: non loquuntur
publice: nec comparent coram clero?

¶ Oliuerius.

Timent offendere clerum: sed dederunt mihi paruum scedulam
in qua continentur que locutus sum: lege illam.

¶ Hugo.

Non oportet legere: scio quid in se continet scedula.

¶ Oliuerius.

Ha. ha. iam vici: estis forsitan ciuitatem consuluisse medicos: ut
primo iocabar: dic ergo quid continet in scedula: hic mihi astas
iurista est: & auscultabit si verum dixeris.

¶ Hugo.

Continetur in scedula: quod clerici tenentur de iure ciuili contri
buere pro reparatione murorum: pro tex. in l. ad portus. C. de ope
publicis. vbi habetur quod nullus cuiusuis priuilegij ratione excu
satur ab onere portus: aqueductus: & murorum instaurandorum
ergo nec excusabitur clerus. Ad idem tex. pro omnia similis. e. ti. l.
omnis puinciarum. & expressior in l. si. C. de qui mu. excusan.
li. x. ¶ Preterea videtur pro ista parte auctoritas iacobi de are. in
l. ad instructionem. C. de sa. san. ec. vbi hoc simpliciter tenet. Cuius
dictum etiam iacobi de ara. refert. & quod non improbat: videtur sequi
simpliciter Bar. in d. l. ad instructionem. Sed Butri. quem refert
& sequitur Bal. in d. l. ad instructionem. & in v. si. feu. ti. de pa.
pstan. v. nos romanorum. in si. tercię & in prin. quarte solutio
nis. id sequitur eo casu: quo ratione publice utilitatis siue que

tionum:
adeo q̄ n̄
ia; quo ad
non comit
tis cōsue
tur,
bloctio
ō potest
eri posse
loquunt
scedulam
cos; uti
thi alias
lli contri
C. de op
re; exco
ur adose
is. e. ti. l.
exculā
i de are. in
net. Cur
idei leg
uē refert
ti. de pa
te solutio
s siue q̄

tis restauratur muri: vt ppter necessitatē guerre imminentis
sicuti ea ratione tenentur etiā clerici in refectione viarum &
pontium: vt est tex. in d. l. ad instructionē: etiā si guerra non
imminet; sed solū est guerre suspicio seu timor: p quo dicto
(licet Bal. nihil alleget) facit Inno. dictū in c. bone. de elec. glo.
j. sup. vbo. iuste. & glo. sup. vbo. & causa; secus foret scdm
doct. p̄dictos; si esset ad ornatū ciuitatis. Et istud etiā videtur
de mente cy. in d. l. ad instructionē: hec estimo Oliueri: que
in iure ciuili ponunt in scedula tua; interroga socium tuum
quem asseris iuristam si verum dixi.

¶ Oliuerius.

Dic mihi Cato; est ne ita in scedula; vti Hugo retulit

¶ Cato.

Totum quod est in scedula retulit; & q̄ plura pro parte n̄ra
addidit.

¶ Oliuerius.

Hugo; estimassem semper te partem cleri fouere; & pro illa
parte iura studuisse. iam vt intelligo etiam studuisti pro parte
ciuitatis & laicorum; qd̄ tamē plures de cōsulatu vix cre
dunt; qui tibi soli resistentiā a clero factā impingunt & nulli
alteri; ideo voluissim; q̄ te sicuti nos audiuisent; & cessaret
suspicio indubie.

¶ Cato.

Domine Oliueri; rogo nolite estimare dñm Hugonē ppter
iuriū hmōi allegationē concludere velle pro ciuitate; quin
imo hec prompta ipsius allegatio iuriū pro nobis facientiu;
vehementē mihi presumptionē inducit cōclusionis q̄trarie;
Noui iuristarū subtilitatē. Hec ad aurē vobis dico; ne nimiu
ppter hec per eum allegata deo cōfidatis.

¶ Oliuerius.

Si hec Hugo dicit in iure scripta; qd̄ ambiguitatis est. vt non
licet ciuitati iura exequi; imo min⁹ a clero exigere; q̄ de iur
re possent

¶ Cato.

Audietis dominū Hugonem contrariū concludentem; ve
lit deus; nō sim ppheta.

¶ Hugo.

Cur; me clam; inter vos tot verba miscetis; male cause signū
est; gaudeo; q̄ vnus vestrū legista est saltē baccalaureus; & p
cōsequens in parte canonista.

1010

¶ Cato.

Quod predixi domine Oliueri intelligitis / q̄ dñs Hugo incipit aliter loqui q̄ prius / incipit de mala causa nostra verbū facere.

¶ Oliuerius.

Rogo Hugo vis tu aliquid cōtra tot iura & doctores (sicuti a socio meo per te allegata intellexi) in contrariū dicere?

¶ Hugo.

Volo.

¶ Oliuerius.

Cur igitur recitasti contra te iura scripta / hoc nō est boni docti; nec sapientis viri signum.

¶ Hugo.

Erras Oliueri / nam sine solutione iuriū que pro parte ciuitatis tuī doctores allegant semp in errore maneres; & verū eorum intellectū non caperes. patienter igitur audi me verū dicentē / sicuti me auscultasti / cū p tua opinioe falsum & iniure erroneū occlusi.

¶ Cato.

Auditis domine Oliueri verum esse quod suspicabar.

¶ Oliuerius.

Dic Hugo quid vis, auscultabo, te audire, pposui / etiā si per horā fueris locut' / s; plus placeret vt cras reuertamur / iam em̄ ad uesperas cit.

¶ Hugo.

Vti libet Oliueri / inter fabulandū vesp̄e cātate sunt / nec horas legi canonicas vesp̄tinas. Mos gerēdus est rōnabilib' p̄ cantibus, in puncto octaue hore cras me videbis, nisi vel tibi citius vel fortune serius placuerit.

¶ Oliuerius.

Hugo / vale / & cras vti dixisti redi, & ita stude in vnā partem sicut in alteram.

¶ Hugo.

Valete ambo duo / & vti iussisti oliueri & studui & studebo.

¶ Oliuerius.

Vides Cato q̄ bene locut' est dñs Hugo iuxta scedulā nrā; estimo certe q̄ contrariū illius nunq̄ affirmabit.

¶ Cato.

Non intellexistis que dixi / imo p̄trariū affirmabit indubie / ego etiā turib' studui / res nō est clara vt in scedula nrā p̄tinet.

¶ Oliuerius.

Cur ergo consulatus hanc rem consulit?

☞ Cato.

Vos scitis q̄ nō est hec res de pleno cōsilio/ nec cōsultis iuris peritis conclusa/ vos om̄es clamatis in fauorē ciuitatis/ & iuxta naturales vestras rōnes & v̄m videre singula cōcluditis/ que nō militant semp̄ in iure/ presertim circa facta clericorum. Post factū/ consilia queritis: nullus libens vos & cōsulatū redarguit.

¶ Oliuerius.

Q̄ timeo hanc rem habere malum exitū. Ex modico lucro maximā patiemur infamiā/ & censuras papales/ cur n̄i doctores non scribunt veritatē sicuti est.

☞ Cato.

Post factum cōsulti sunt sicuti dixi/ & placere student. Nam obsequiū amicos veritas odium parit. & qui cōsulti sunt/ nō semp̄ veritatem cōsulunt. sed vti partes affectant & pro talibus reputati sunt.

¶ Oliuerius.

Durus sermo. noctem deducā in somnē. ita vacillare incipio & cupio audire dñm Hugonē/ etiā si contra nos cōcluserit/ nullū animū leque vt homo (mihī videt) a seipso differt. nā alter nullius/ alter infiniti precij est. hic Hugo (vti apparet) fr̄as vidit.

☞ Cato.

Imo & practicauit / atq; ad oēm industriā iuridicam multo tpe se aptauit.

¶ Oliuerius.

Ita apparet/ sed vale Cato/ & tu ipse etiā cogita/ & in tpe te p̄senta.

☞ Cato.

Meum cogitare nihil est/ vbi nostri doctores comparere formidant. sed cōparebo vti iussistis/ & bonā & quietā noctem vobis opto.

¶ Oliuerius.

Huy tam mane aduētas Hugo/ qui ad legē dum horas canonicas obligaris/ vix e lecto surrexi/ & hunc catonē ad me in tromisi/ vix octaua est hora.

☞ Hugo.

Iam matutinas cum alijs cātando. reliquas vero horas canonicas legendo ad vespas vsq; cōpleui & missarū officiiū celebraui/ vt tuus sim totus hodie ad quecūq; poposceris.

B iij

¶ Oliverius.

Incipe Hugo dicere que heri dicere obtuleras, affecto enim te audire aliquid boni apportantem.

¶ Hugo.

Contra p̄meritata & in tua scedula cōscripta/ dico sic argu-
mentādo. Regula iuris ciuilibis est/ q̄ ecclie non tenent ad
aliqua onera sordida/ neq; extraordinaria. vt C. de sa. san. ec. l.
placet. & l. neminē. & C. de epif. & cle. l. ij. nisi dūtaxat ad pō-
tium & viarū restorationē. vt est casus in d. l. ad instructionē
C. de sa. san. ec. Et vtrūq; simul de regula & fallētia predictis
nouissimo iure autenticoꝝ statuitur. in s̄ ad hec. de ec. ti. s̄
ecclia nō tenebit ad onus restaurandoꝝ murorū seu eos for-
tificandū/ cum id sit opus sordidū. l. maxiarū. s̄ si. C. d̄ excu.
mu. lib. x. Aut saltē extraordinariū/ eo q̄ nō videtur p̄petuū
& vniforme/ quale est ordinariū munus/ vt declarat Bal. in
d. l. placet. per tex. ibi & l. seyo. s̄ medico. ff. de au. lega. idem
Bal. in d. ti. de pace p̄stā. & plenissime caldri. consi. suo. ij. ti.
de censu. facit qd̄ notat Bar. in. l. ij. ff. de iure emu. Facit ad p̄-
dicta/ quia exceptio circa onera reficiendoꝝ pontiū & viarū
vt ad ea teneatur ecclia facta in. l. ad instructionē. a regula le-
gis placet. cū si confirmat ipsam precedentē regulam in non
exceptiuatis/ & sic in casu nō de onere reficiendoꝝ muroꝝ
& in fodiendis fossatis nouis. vt in c. dominus. xxxij.
q. vij. ¶ Ex quib; videt̄ r̄nderi ad Bartholi motiuū in d. l. ad
instructionē. quatin; intelligere videt̄/ q̄ licet ad p̄sonalia onera
reficiendoꝝ muroꝝ nō teneant̄ clerici/ q̄ illud est munus
sordidū/ a q̄ clerici sunt exēpti/ t̄n ad pecunias p̄ laborantib;
in ea refectiōe v̄l instauratiōe iuxta reddit; possessionū suarū
p̄ferre/ h̄ nō est sordidū munus. Nam cū reuerētia sicut ip̄e
labor p̄sonal; prestādus in ope refectiōis est sordidū munus/
vt d. l. maxia rerū. s̄ si. Ita & pecunia eo casu dicit̄ munus sordi-
dum/ q̄ surrogat loco laborū. vt in. l. seyo in prin. ff. de annu.
le. & ibi p̄ Bar. & p̄ Io. an. in mercu. sup̄ regula generi/ & lap;
alle. xcix. & h̄ est qd̄ declarat tex. in d. s̄ ad hec. dum dicit/ pos-
sessiones eccliarū non teneri ad sordidas functiones. ¶ Pre-
terea; detur sine p̄iudicio/ q̄ onus soluendaꝝ pecuniarū

in operefectionis non sit sordidū/tamē non videt posse ne-
gari/quin sit extraordinariū. Cum omē on^o extraordinariū
sit/quod non est ppetuū & vniforme, vt declarat Bal. in d. l.
placet. & Cal. in consi. ti. de censi. cōsi. ij. facit qd' ponit Bar.
ff. de iuris immu. l. ij. Sed ab extraordinario onere ecclia ex-
cusatur sine dubio/vt in d. l. placet. & dicto s^o ad hec. ¶ Per
predicta etiā videt dari rñsio ad rōnem alioꝝ doctoz/ dum
ab idēptitate rōnis vtilitatis publice arguūt/ p p^o quā statuit
in. l. ad instructionē. & s^o ad hec/ teneri eccliam ad onera refi-
ciendorū pontium & viarū/ etiā teneri ad reficiendū muros/
qñ ppter vtilitatē publicam guerre imminentis vel suspicio-
nis guerre/reficerētur. Nam cū id veniat ad correctiōnē iuris
cōmunis regulariter statuentis nō teneri ecclias ad sordida
& extraordinaria, vt in d. l. placet. & in. l. ij. s^o ad hec. Nec repe-
riatur hoc ius immutatū/ nisi in casibus pontiū & viarū, vt in
d. l. ad instructionē, & dicto s^o ad hec. Ergo dicta immutatio
& correctio ad casuz hūc de reficiēdis aut cōfortandis muris
etiā si similitē habeat rōnem/nō trahetur/ p. l. precipim^o. in fi.
C. de appel. & C. de testa. l. sancim^o. & in auten. de admistra.
offi. s^o fi. col. iij. & qd' no. glo. & doct. in auten. quas actiōes.
C. de sa. san. ec. & p ang. in. l. gallus. in prin. ff. de libe. & pos.
per glo. ibi in vbo filius. Hoc pcedere dixit etiā si de correc-
tione legis iniquissime ageret. ¶ Preterea nō obstant. l. ad
portus. & l. omēs. & l. fi. in prin. allegate. q̄ dicunt ab onere
reficiendorū murorū nullū excipi/ q̄ intelligunt/ nisi ecclie
que ab onere hoc in alijs legibus sunt excepte/vt in d. l. plas-
cet. l. ij. s^o ad hec. & l. ad instructiōez. Facit ad h. ff. q̄ vi aut clā
l. j. p glo. & Bart. & C. de adul. l. ita pudor. p glo. & Cy. & l.
nō erit in s^o dato. vbi est glo. fi. ff. de iureiu. Et p hac pte ē glo.
exp̄ssa in d. l. ad instructiōez. & alia glo. in. l. fi. C. de qui. mur.
lib. x. & C. de sa. san. ec. l. neminē. & in d. l. ad instructiōem.
¶ Quare cōcludo/ ecclias liberas ab hmōi onerib^o sordidis
& exordinarijs. ¶ Oliuerius.
Satis longus fuisti hugo/ & (vt mihi visum est) res nō est t̄a
clara p te/ sicuti iactitasti. In re em clara nō fuisset op^o tot v-
bis/ & istud nō est docere/ nec v̄itatē dicere/ sed argumētari.

Cato.

Ita visum est mihi dñe Hugo, Nam auctoritas Bar. & aliorū
in scedula descriptorū maior est/ q̄ tue argumentatōes & p̄
suasiones ita fundate. ¶ Hugo.

Igitur in principio dixi argumentādo & de mero iure ciuili
locutus sum/ nec aliquid iuris canonici allegaui/ vt rem vo
bis dubiā/ efficerē clarā/ etiā mero iure ciuili. Et quia tu Oli
ueri pacem cum scuto petisti/ & ego ramū gladio inserui.

¶ Oliuerius.

Sufficit mihi Hugo/ q̄ de iure ciuili clerus tenet ad reparati
onem & fortificationē muroꝝ/ ad qd̄ onus clerus mīme cō
pulsus est/ sed aliunde modicū & minimū grauatōe loco il
lius clero impositum. ¶ Cato.

Sic & mihi videtur/ necessitate maxima considerata,

¶ Hugo.

Hucusq̄ argumentādo locut⁹ sum/ & licet secūda pars quā
sustinui/ de mero iure ciuili sit satis pbabilis/ tamē qa est ma
gna auctoritas tenentiū partem contrariā/ nec in termis nris
necessitor inter dīctas cōtrarietates eligere aliquā partē/ pp̄
iura canonica in hac materia subeūdoꝝ onerū p̄ ecclesijs lo
quentia/ quib⁹ est standū in materia ecclēstica. Item quia ci
uitas Theneñ, est de tpali dominio ecclē Theneñ, vt in c. j.
& ij, de noui. ope. nun. & ibi p̄ Inno. & doct. & no. in c. ij. d̄
arbi. lib. vj.

¶ Cato.

Quantū suspicabar de isto iure canonico/ q̄ illius determinas
tionem in finem reseruaret.

¶ Oliuerius.

Dic Hugo quid vis/ sum hic tecū ad audiendū meram veri
tatem/ & quid licitū sit ciuitati & p̄sulibus de iure canonico
& diuino. Non em̄ dubito/ quin ciuitas clare informata/ nō
faciet vim clero.

¶ Hugo.

Letor & ex leticia vix lachrimas cōtineo/ quicquid hucusq̄
clerus clamauit/ nullus veritatē audire voluit. De iure cano
nico certū est & indubitātū/ q̄ nulla mūdi onera q̄ntūcunq̄
utilia laicis ecclē cōtribuunt/ nisi cōcurrentibus tribus.

¶ Primū/ q̄ certum sit ad illa laicoꝝ facultates nō sufficere.

¶ Secundū; q̄ clericos cōtribuere consulat romanus ponti-
fex. ¶ Et tertīū; q̄ episcopi vel clerus ipsemet sibi ipsi oner-
a imponant; vt de istis est casus in iuribus in principio cō-
fabulationis nostre allegatis c. nō minus. & c. aduersus. de
immu. ec cle. & per doctores ibidem. Alias autē nequaquā in
collatione onerū conferunt clerici. vt ibi & c. j. & c. clerici. e.
ti. lib. vj. iuncta cle. j. e. ti. Et p̄pterea cōclūsit glo. iuris cano-
nici in c. nouarū. xvj. q. j. & lau. in c. placet. e. cā. & ques. q̄ d̄
iure canonico nō tenētur clerici cōtribuere etiā in refectione
pontium & viarum; qd̄ intelligēdum; nisi dicta tria cōcurrant
Sicq̄ intelligi oportet glo. dicti c. nō min⁹. quatin⁹ dixit te-
neri ecclesias ad refectionē pontium & viarū; vt intelligat̄ di-
ctis tribus cōcurrentibus & non alias. Nec tñ obstat lex ad
instructionē. & s̄ ad hec. Quia cum dicta statuta laicalis im-
peratorie potestatis super ecclesijs & clericis edita; per eccle-
siam approbata nō sunt; in ecclesiarum & clericorū preiudici-
um non sunt seruāda; vt in c. ecclesia sc̄te marie de cōsti. & in
c. bene quidē. xcvj. di. Et per hec etiā respōdetur ad. l. portus
& l. omnes. cum sibi alle. in prin. quatin⁹ statuūt; q̄ nul-
lus excipitur ab onere reficiendorū murorū; quia intelligit̄
nullus statuētī subiectus; quia nō potest intelligi ecclesia que
est statuētī nō subiecta; per iura alle. Nec etiā ob c. puenit.
de immu. ec. qd̄ loquit̄ in casu speciali; quo timetur ciuitas
Terraconeñ que fuit de dominio tpali ecclie; presertim ecclie
romane; occupari ab infidelibus. Nec est spaciū aliter pui-
dendi periculo; tūc tenētur clerici auctoritate illius canonis;
sicuti laici; ad custodiā personalem muroꝝ. Alias autē con-
tra; vt in dictis c. nō minus. & c. aduersus. Sic declarāt Inno.
& Hosti. & dñs Antho. in dicto c. puenit p̄ma oppo. Et ita
tandem in terminis decidit; q̄ in refectione viarū; pontium
& muroꝝ ciuitatis; nō teneant̄ ecclesia & clerici; nisi dicta tria
concurrant. Io. an. sic cōcludendo & Cal. referens. lo. an. in
dicto suo cōsi. in ordi. e. ti. de censi. & dñs Antho. in d. c. ad-
uersus. de immu. ec. Et fuit etiā prius conclusio Hosti. in sum.
e. ti. s̄ iij. Cum ergo vos spoliastis clerū p̄pria temeritate anti-
quissimis priuilegijs; in cōsulto romano pontifice; clare est:

C

1016
ciuitatem omnes illas penas iuris & p[ro]stitutionū applicarum &
imperialiū incidisse/ & vt tales veniunt declarandi/ maxime
p[ro]pter noua vectigalia p[ro]pria temeritate imposta clero.

¶ Oliuerius.

Iam directe socio meo referente cōtra contenta in scedula cō-
cludis/ de quo mirari non sufficio/ vix crederetibi possum
hanc determinationē ita clare in iure scriptā/ ex quo docto-
res nostri aliter suaserunt. ¶ Hugo.

Facis Oliueri p[ro]tra mihi p[ro]missa/ & datis palmis stipulata de
fide mihi adhibenda. Et si priorū meminisses/ tue admiratio-
ni & incredulitati scires fuisse respōsum. Sed dum amorem
p[ro]tradiciēdi sequeris/ a questionū lineis excidisti/ more quo-
rundam loquaciū potius q̄ facundorū/ qui cū disputare ne-
sciant/ tamē litigare non desinunt.

¶ Oliuerius.

Scio qd vis dicere/ q̄ nostri doctores quos cōsulimus/ post
factū consulti sunt/ vel nobis displicere nō possunt/ imo po-
tius nō volunt/ sed in officijs remanere/ & cōmoda a nobis
recipere preligunt. ¶ Hugo.

Aliqui boni/ alii mali repiunt/ petatis consilia ab illis qui
nō sunt duplicis animi/ qui bonā habent famā. nō qui sola
mūnera attendunt & vacillant/ & modica turbatione aduē-
tantē alterantur. ¶ Oliuerius.

Si deus essem istos cognoscerē que est scrutator cordiū/ &
papa dicit (socio meo Catone referente) Et si vicem dei ge-
ramus in terris/ de occultis tamē diuinare nō possumus.

¶ Hugo.

Si tibi est impossibile/ & tu eorū consilijs non indigeres. Ia-
cobus ap[osto]lus in canonica sua epistola te docet qui ait, Vir du-
plex animo/ incōstans est in omib[us] factis suis. Et dñs in euā-
gelio, Ex fructibus eorum cognoscetis eos.

¶ Oliuerius.

Satis te intelligo/ sed vnū scrupulū in corde meo adhuc te-
neo. Nec satis intelligo/ qualiter possit esse tanta diuersitas &
contrarietas in iure/ vt super eisdē textibus planis/ tam con-
traria p[ro]cludantur per doctores. Melius videretur studere &

cōsulere ex nudis textibus/ q̄ ita se inuoluere in doctorum
opinionibus & lecturas omnes cōburere,

☞ Hugo.

Crede mihi Oliueri/ non fuisti primus/ qui hanc fantasiam
ne dicam fatuitatem ptulisti. Post omniū doctorum lectu-
ras/ per subtilissima ingenia pro intellectu & cōcordancijs
iurium in libris conscriptas/ doctores nostri tēporis vix ali-
quid de textib⁹ intelligerent/ quid em̄ intelligerent vel in sco-
lis legerent si lecture nō essent. Successiue inuente sunt artes
& ex opinionibus & disputatiōibus elicitur veritas. Dubia
quē in iure inter doctores sunt/ ex eisdem textibus oriuntur
sicuti in theologia ex sacris litteris diuersorū doctorum opi-
niones suborte sunt. Neq; em̄ scriptura vnq; vlla sic aperta
claraq; fuit/ vt in diuersos flecti sensus nequiret. Traxerūtq;
sacris ex codicibus ortum om̄ia/ que ab inicio surgentis ec-
clesie vsq; nunc fuerūt scismata. Sed norat hoc futurū deus/
idcirco cum per famulū suum moysen israhelitico populo
legem dedisset/ & qd̄ sectandū/ quid ve fugiēdum esset/ ma-
nifesta serie p̄scripsisset/ sciens tamē futuros esse qui legi sue
dissonos sensus accomodarent/ cōsulturus futuro seculo/
& obicē positurus heresibus & falsis opiniōib⁹/ summū tri-
bunal in terra cōstituit/ ad qd̄ maiores cause & om̄es afferri
dubitationes de lege dēberēt. Ait em̄ in Deutronomio dñs
ca. xvi. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū esse p̄spexeris
inter sanguinē & sanguinē/ causam & causam/ leprā & non
leprā/ & iudiciū inter portas tuas videris ꝑ̄ba variari/ surge
& ascēde ad locum quē elegerit dñs deus tu⁹/ veniesq; ad sa-
cerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tpe/ &
queres ab eis/ q̄ iudicabūt tibi iudicij veritatē/ & facies que-
cūq; dixerint q̄ presunt loco quē elegerit dñs/ & docuerit te
iuxta legē eius/ seq̄risq; sniam eorū/ nec declinabis ad dextrā
vel ad sinistrā. Qui aut̄ supbierit nolens obedire sacerdotis
impio/ qui eo tpe ministrat dño deo tuo/ & decreto iudicis
moriet̄ homo ille/ & auferes malū de israhel. Sicut ḡ veteris te-
stamēti sequacib⁹ dñs impauit/ ne ḡs seductus opiniōe scin-
dere populū/ peregrinasq; opiniones introducere posset.

C ij

1010
Nam qui ambulat in errore cordis sui: venient super eos
mala. Sic met chrs dominus noue legis cōditor; veritat; ma
gister; & salutis inuentor summi refugium tribunalis erexit.
Elegit em̄ Petrum; & i petro ceteros romane sedis antistites:
qui post eius in celum ascensionē vicariatū tenerent; & in
ecclesia primū locum. Cum clauēs regni celorū illi promisit
dicens, Pasce oues meas. Ioannis, xxj. Cur hec; quid opus
erat Petrum fieri pastorē; clauēs regni tenere; principatū ac
cipere; christi vicariatū gerere; nisi vt errātes reduceret; igna
ros instrueret; tímidos roboraret; pertinaces elimiaret; fide
libus subueniret; hereticis repugnaret; Si iusti essem; ac no
stro ingenio verū videremus & sequeremur om̄es; neq; lege
neq; principe opus esset. Sed quia surgūt ingenta pñicio sa:
que doctrinas pestíferas semināt; funduntq; venena letalia:
& occidunt credulas anīas. Ideoq; necessaria fuit summi trīs
bunalis erectio; qđ in leprā & leprā iudicaret; & opiniōes
doctorū veras approbaret & falsas reprobarēt. Hoc autē est
apud aplicā sedē; q̄ cardo & caput a dño & nō ab alio est cō
stituta fidelīū. Et sicut cardine ostiū regū; sic huius sancte ses
dis auctoritate; om̄es ecclesie disponēte dño reguntur. Atq;
(vt Calixti pape sanctissimi verbis vtamur) nulli dubiū est;
qđ apostolica sedes mater sit omnīū ecclesiar; a cui⁹ nos re
gulis nullatenus puenit deuiare. Vos igitur Theneñ. ciues;
si vos aliqua iuris dubitatio tenet angitq; cōsultite romana
ecclesiā seu legatum apostolicū dignissimū hic presentē. Au
dite vicariū christi aut eius vicē gerentē. Facite quecūq; dixe
rit vobis qui p̄sunt loco quē dñs elegit. Dicite cū Ysaia, ij. c.
Venite ascendamus ad montē dñi; & ad domū dei iacob; &
docebit nos vias & ambulabimus in semitis eius. Quis est
mons dñi; nisi apostolica sedes; Que dom⁹ dei est; nisi eccle
sia; Quis locus electus a domino; nisi Roma quā beatorū
Petri & Pauli martyrū consecrauit. Fugiebat Petrus ex vrbe
mortē timens; sed cum offendisset in viā dominū dixit ad eū
domine quo vadis; & dñs sibi. Vado romā iterum crucifigi
Sic reuersus Petrus ibi cathedrā summi pōtificis erexit; vbi
crucis patibulū subiit. Huc ergo recurrēdum est; hinc vera

doctrina sumēda est; hinc veritatis hauriēdi latices; hic fons
aque viue signat^o scaturit; hic ortus conclusus; hic archa do
mini extra quā non est salus. Non pudeat vos Theneñ. que
de cleri exactiōe & spolio perpetrato iuxta doctorū vestro
rum opinionē erroneam sentitis; apostolice sedi & eius lega
to referre; & eius consiliū petere, nam diuus Hieronym^o do
ctrina plen^o & oēm scientiā callens cū fidei scripta dictasset:
ad Damasum papā scripsit. Hec est ingt fides papa beatissi
me quā didici in ecclia; quā q̄ semp tenui; in qua si min^o pe
rite aut parum caute forte aliquid positū est; emēdari a te vo
lo qui fidem petri tenes & meritū, Sic & vos facere Theneñ,
& te oliueriū vt Theneñ. ad hoc faciendū inducas; exhortor
Ostendite vos & que fecistis & opiniones vestras romano
pōtifici seu eius legato, facite que iusserit; neq; ad dexteram
neq; ad sinistra declinantes. sic euitabitis maximas penas in
vos inflictas; sic consolationē spiritus; sic anie vestre quies
tem accipetis & salutem.

¶ Oliuerius.

Miror te qui iuri pōtificio operā dedisti; ex theologia te des
fendere & causam tuam fortificare.

¶ Hugo.

Ius canonicum participiū est; capit em̄ partem a theologia;
& partem ex legibus. Attamē que iam locut^o sum; maximi
pontificis verba sunt mihi ad ppositū deseruiētia, sed nihil
respondes ad intellectū eorundem.

¶ Oliuerius.

Quid dicam; vt mihi videtur cōcludis necessario p̄sulendū
summū pontificem; aut eius legatū; cuius iudiciū nobis
suspectum est; imperatoris preeligeremus determinatiōē.

¶ Hugo.

Tergiuersaris; & tamē laqueis veritatis inuerteris; in perso
nam tuam iam loquor cui suspectum esse potest illud iudi
cium qd̄ dominus statuī. Super clerū dominus imperator
nullam habet facultatē neq; iudiciū. Dicit em̄ canō. xcvi.
dist. c. Cum ad verū, nec impator sibi iura pontificis arripiat
nec pontifex nomē imperij vsurpat; vt christiani impatores

C ij

1010
pro eterna vita pontificibus indigerent/ & pontifices p cur
su temporalium tantummodo rerum/ imperialibus legibus ute
rentur. Et iterum ibidem, xcvi, dif. c. Si imperator. Si impator
catholicus est quod salua pace ipsius dicimur/ filius est/ non pre
sul ecclesie/ habet priuilegia potestatis sue/ que ad ministrandis
legibus publicis diuinitus consecutus est/ & eius beneficijs
non ingratus/ contra dispositionem celestis ordinis nihil usur
pet. Ad sacerdotes enim deus voluit que ecclesie sunt disponen
da pertinere/ non ad seculi potestates/ quos si fideles sunt ecclesie sue
sacerdotibus voluit esse subiectas. Et ne dicas/ maledictus cas
non/ quia nunquam catat contra clericos. In capitularibus Karoli ma
gni/ & Ludouici impatoris canonisatis sic inueniunt. c. quia iux
ta. xvj. q. j. Quia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus
res ecclesie vota fidelium esse pretia peccatorum/ & patrimonia
pauperum. quique non solum habita conseruare/ verum etiam deo
opitulante conferre optamus. Vt autem ab ecclesiasticis officijs
de diuidendis rebus ecclesie suspicionem dudum conceptam pe
nitentiam amoueamus/ Statuimus/ ut neque nostris/ neque filiorum/ &
deo dispensante successorum nostrorum temporibus/ vllam penitus
diuisionem seu iacturam patiantur. Quod maxima auctoritate si
machus papa approbat synodo generali acclamante. i. c. pos
sensiones. xvj. q. j. Nec refugit clerus/ quin serenissimus dominus
impator/ christianissimus & ecclesie obsequentissimus/ vna cum
reuerendissimo domino legato hanc differentiam examinaret/ & fiat
determinatio vtraque potestate coniuncta.

☞ Cato.

Oliucri capti sumus/ nollem quod res nostra in lucem prodiret
nullo iure defendere possumus que perpetrata sunt/ queramus
euationem per dilationem/ dicamus nobis nihil commissum.

☞ Hugo.

Quid susurratis inuicem/ cur non respondes oliucri/

☞ Oliucrius.

Quid respondebo/ volo libens que audiui referre in consula
tu. & que conclusa fuerint renunciare.

☞ Hugo.

Referre vis post longum annum Platonis/ hoc est negligere/

qua
spoli
Nam
figura
actum
vera
Et cu

Non
nunci

Deus
quod cele

quēadmodum hucusq; factum est / & interim semper clerū
spoliatum tenere / & in censuris inforlescere. interim flebo.
Nam nihil miseris dulcius est gemitu. Video em̄ verissima
signa indurationis ciuitatis / & plage subsequēntis nisi aliter
actum fuerit, sufficit mihi te audiuisse / & a me tibi dictū que
vera sunt / cum aliud amplius agere non sit mee potestatis.
Et cum his vale / & refer cum placuerit / & renūcia cum vis.

¶ Oliuerius.

Non sis obsecro cōsternatus animo / spero aliquid boni re
nunciare in breui, & vale Hugo amicoꝝ confidentissime.

¶ Hugo.

Deus vertat bene & spem ad bonum effectum deducat / &
q̄ celeriter legato presenti.

Dyalogus super libertate eccle
siastica feliciter finit.

Omnia consilio prius expire q̄ armis,
Vt nequit Nimis.

Impressum Oppenheim.
Anno domini. 15.16.

1014

quod in istis diebus...
et in istis diebus...
et in istis diebus...

et in istis diebus...
et in istis diebus...

et in istis diebus...
et in istis diebus...

et in istis diebus...
et in istis diebus...

et in istis diebus...
et in istis diebus...

Imprimetur Anno Domini 1710.

Hunc librum monasterio S^{cti} Etonis vulgo
Ethenheimmünster per legatum donavit Franobilis
et strenuus S. Franciscus Egon Reich ab aelcorff
Sakapa Ethenheimensis qui die 16^{ta} 8bris anno 1722
pie in Lomino obdormiuit. requiescat in pace. amen

libr. a. j. 318.

